Ventus erat nautis [illegible] amanti.
Soluor ab aplexu ꝓtesilae tuo.
Linguaq; mandantis uba inꝑfecta reliqd.
Uix illud potui dicere triste uale.
Incubuit boreas abreptaq; uela tetendit.
Iaq; meus longe ꝓtesilaus erat.
Dum potui spectare uirū spectare iuuabat.
Sūq; tuos oculos secuta usq; meis.
Ut te n̄ poterā poterā tua uela uidere.
Uela diu uult⁹ detinuere meos.
At pq̄ nec te nec uela fugacia uidi.
Et qd̄ spectarē nil nisi pontus erat.
Lux q̄q; tecū abiit tenebrisq; exanguis abortis
Succiduo dicor pcubuisse genu.
Uix socer iphiclus uix me grandeuus achastus
Uix mat̄ gelida mesta refecit aqua.
Officiū fecere piū s; inutile nob.
Indignor misere n̄ licuisse mori.
Ut rediit anim⁹ pari rediere dolores.
Pectora legitim⁹ casta momordit amor.
Nec libet aurata corpora ueste tegi.
Ut q̄s pampinea tetigisse bicorniger hasta.
Credit̄ huc illuc q̄ furor egit eo.
Conueniunt matres phylaceides et m̄ clamant.
Indue regales laodomia sinus.
Scilicet ipsa gerā saturatas murice uestes.
Bella sub iliacis menib; ille gerat.
Ipsa comas pectar galea caput ille p̄met̄.
Ipsa nouas uestes dura uir arma feret.
Qua possū sua[illegible] imitata labores
Dicar et hec belli tpa tristis agā.
Dux pari priamide dāno formose tuor
Tā sis hostis iners q̄ malus hospes eras.
Aut te tenarie faciē culpasse marite.
Aut illi uellē displicuisse tuā.
Tuq; pro rapta nimiū menelae laboras.
Ei m̄ q̄ multis flebilis ultor eris.
Di p̄cor a nob omen remouete sinistrū
Et sua det reduci uir meus arma ioui.
Sed timeo q̄tiens subiit miserabile bellū
More niuis lacrime sole madentis [illegible]

Ilion et tenedos [illegible] simoisq; et xantus et ide
Noīa s; ipso pene timēda sono
Nec rapere ausur⁹ n̄ se defendere posset.
Hospes erat uires nouerat ille suas.
Venerat ut fama ē multo spectabilis auro.
Qq; suo frigias corpore ferret opes
Classe uirisq; potens p q̄ fera bella geruntur.
Et seqt̄ regni pars q̄ta queq; sui.
His ego te uictā ē sors ledea gemellis
Suspicor: hec danais posse nocere puto.
Hectora nescio quē timeo paris hectora dix
Ferrea sanguinea bella mouere manu.
Hectora q̄sq̄s is ē si sit t̄ cura caueto.
Signatū memori pectore nom̄ habe.
Hunc ubi uitaris alios uitare mem̄to.
Et multos illic hectoras ēē puta.
Et facito ut dicas q̄tiens pugnare parabis.
Parcere me iussit laodamia sibi. Nec m̄ pectendos cura ē p̄bere capillos
Si cadere argolico fas ē sub milite troiā.
Te q̄q; nullū uulnꝰ habente cadat.
Pugnet et aduersos tendat menelaus in hostes
Hostib; e mediis nupta petenda uiro ē
Causa tua ē dispar: tu tantū uiuere pugna
Inq; pios dnē posse redire sin⁹.
Parcite dardanide de tot p̄cor hostib; uni. Ne meus ex illo corpore sanguis eat.
Non ē quē deceat nudo ēcurrere ferro.
Seuaq; in oppositos pectora ferre uiros.
Fortius ille potest multo q̄ pugnat amare
Bella gerant alii ꝓtesilaus amet.
Nc̄ fateor uolui reuocare animusq; ferebat
Substitit auspicii lingua timore mali.
Cū forib; uelles ad troiā exire paternis.
Pes tuus offenso limine signa dedit.
Ut uidi ingemui tacitoq; in pectore dixi
Signa reuersuri sint p̄cor ista uiri.
Hec t̄ nc̄ refero ne sis animosus in armis.
Fac meus in uentos hic timor omis eat.
Sors q̄q; nescio quē fato designat iniq̄
Qui p̄mus danaū troada tangat humū.
Infelix q̄ p̄ma uirū lugebit ademptū
Di faciant ne tu strenuus ēē uelis.

XIII.96 4